Cruciformis [...] signaculum si-
cut iam a nobis dictum est, declarat
ab omnibus simul carnalibus desideriis omni-
Capillorum vero tonsura significat mun-
dam et non figuratam vitam non infi-
guratis animi libertate supposite
formantem, sed ipsam in se ipsa non hu-
manis pulchritudinibus, sed coadunatis et
monachicis in deiformissimum reduc-
centem. Prioris autem vestimenti expulsio
et alterius assumptio a media sacra vi-
ta in perfectiorem transordinationem
significat, sicut in sacra theogene-
sia vestimenti mutatio declarabat
purgatam vitam in contemplativum
et illuminativum habitum ascenden-
tem. Si autem et nunc omnis sacerdos et qui-
cumque assistit sacram consummationem salutant
sanctam deiformium intellige societatem
contemplative in leticia divina conclama-
tam sibi invicem. Infine vero omnis sa-
cerdos et induunt communionem vocat
consummationem significans sacre quorum
perfectus. Si vere in monadicam venit
et in coadunatam anagogen non
contemplator solummodo erit per se sa-
crorum neque iuxta medium ordinem in commu-
nionem veniet sacratissimorum simbolorum

et divinissimam donationem proportionali-
ter secundum singulas sacre omnes ordinatio-
nes participant sacrarum perfectionis a-
nagogen et consummationem. Comprehen-
sum est ergo a nobis quomodo sancte quidem
telete purgatio sunt et illuminatio et
consummatio. Ministri autem purgativus
ordo, sacerdotes illuminativus, consumma-
tivus deiformes summi sacerdotes. Pur-
gatus vero ordo sacre inspectionis et
communionis non particeps quantum adhuc
purgatus; contemplativus ordo sacer
populus. Consummativus autem ordo adu-
natorum monachorum. Sic enim secundum nos ie-
rarchia deo traditis ordinibus sacre dispo-
sita celestibus ierarchiis conformis est di-
vine imitationis sive quantum in homine sal-
vans deiformes characteres eius divinos
que celestibus ierarchiis desinit. Omnino
purgati ordines non ... nequire
verum dicere tamquam iam quedam
celestis dispositio sit polluta. Ego autem
summa quidem immaculata perfectissime est,
et castissimum est immundae incontaminatae
omnino si non omnino recido sacra-
tissimo intellectu. Si enim aliquis eorum
in malicia receptus celesti quidem et in
confusa cecidit divinorum animorum

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 39, fol. [4]v – Pseudo-Dionysius Areopagita, <i>De caelesti hierarchia</i> and <i>De ecclesiastica hierarchia</i>, Latin translation by Johannes Scottus Eriugena (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zv6r/9560/70198)